



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. VIII. Munera personalia non minus vtilia tributo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

Contra ho-
stem vix li-
benter con-
ferunt,
quanto mi-
nus prolu-
xu aulico.

Consilii te-
merarii
pena.

multi qui ararium faciunt spoliarium, & cruentarum praedarum receptaculum: Nunquam maius periculum, quam cum propter tributa tumultuatur ignobile vulgus. Romani Hannibale imminente tributa renuerunt, nec nisi Senatus exemplo Rempublicam iuuerunt, cum tamen necessitas praeculis esset, quanto magis si fastum aulicorum sustineri suis damnis intelligant, ut Carolo Sexto Parisiensis ciuitas obiicit: Achaeum tributis omnia exhaurientem Lydi suspenderunt. In gratiam vero eorum, qui nouos exigendi pecuniam, hoc est praedandi modos principibus suggerunt, adscribam ex Erasmo sane miserabilem, seu historiam, seu fabulam. Ostenditur, inquit, Lutetia in foro frumentario os cloacae, in qua sepeliri se iussit quidam, quem seropoenituit mali Consilij. Viderat Regem tristem & sollicitum: causa mororis erat angustia rei pecuniariae. Is quo Regem subleuaret, suaserit, ut ex minutis etiam rebus, quas rustici deferunt in urbem, vnum aut alterum aerum nummulum exigeret, idque in biennium duntaxat. Et cum viderent, ex eo in urbe frequentissima colligi pecunia vim non modicam, ad hoc exemplum plures exactioes excogitatas sunt. Qui dederat Consilium, cum videret, se non idem auctoritatis habere in dissuadendo, quod habuerat in suadendo, in maximos animi morores incidit, adeo, ut de salute quoque sua desperaret, & ut de seipso penam sumeret inconsulti Consilij, simulque moneret alios, ne ad eundem impingerent lapidem, testamento cauit, ut in ea cloaca sepeliretur, in quo totius illius fori sordes consueuerant, in quo manet etiamnum in hunc usque diem exactiois executio.

Chrysargy-
rum exige-
bant bene-
fii viri.

Sed haec parum mouent eos, quos auaritia obcaecauit, quicquid petuerunt demetia, ut fordidissimum lucrorum sint interdum administrum, Chrysargyrum, ut ait Cedrenus, pensio fuit talis, ut, quisque mendicis aut pauper, meretrix siue iam emerita, omnis seruus itemque libertus, inferrent in ararium pro vrina & stercore, iumentorum etiam & canum siue in agris, siue in oppidis habitarent. Et homines quidem vtriusque sexus numisma argenteum, equus, mulus, bove tantumdem, asinus, & canis, folles sex.

Nō possunt
rapacium
artes omnes
abscindi.

Sed tamen hoc munus colligendi tributi ambabant, non aliter quam militarem praefecturam, aut ciuilem Magistratum, ut Euagrius ait. Foricarios vocant eiusmodi conductores iuriconsulti. O quam nihil turpe putant, quibus opes imperant. Qui auaritia cecati sunt. Nunquam sua Luscinae decet cantio, nunquam illis auri cupidis obtentum, quasi praesidium regno quaeratur. Principes sua sponte rapaces & auidi, & qui Magistris non egerent, plura tamen semper a nobis contra nos didicerunt. Verum cum omnia egerit Princeps, aliqua non omnia emendabit, multi in periculis apertis furandi, ad calliditatem, & imposturas animum conuertent.

CAPVT VIII.

Munera personalia non minus utilia tributo.

Opera vti-
les, si mode-
rata.

Opera pu-
blica.

§.1. Aliud genus tributi est, quod parum vilitatum, sed tamen vtilius est collatione pecuniariae. Nec admodum graue, si moderate adhibeatur. Nam opere non difficili efficiunt subditi, quod magno sumptu per conductos agendum esset. Maxime vilitata sunt opera. 1. Ut ad restauranda publica aedificia, arces, Xenodochia, Ecclesias, ad noua aedificanda cum opus est, materiam conuehant, quā in re videndum, ut in plures diuidatur labor. 2. Ut vias, ripas, pontes reparent. 3. Suis quique in ciuitatibus mœnia reficiant. 4. Syluam cedant. 5. Syluam plantent. 6. Agrum communem, seu Reipublicae colant. 6. Ad metalla adhiberi durum est, sed nihil obstat, ea quae faciliora sunt, imponere, ut terram, quae in superficie est, remouere.

§.2. Legitimae etiam harum impositionum, cum operae exiguntur, causae requiruntur, ut sint a legitimo principe, ex necessitate publica, sine grauiamine magno subditorum. Ius Regis ostendit Samuel maxime his in rebus. 1. Reg. 8. 11. Hoc erit ius Regis qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites & praecursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabros armorum & curruum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias & focarias & panificas, Agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, ut det Eunuchis & famulis suis. Seruos et vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & afinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. Olim iure, seu potestate illa abusi sunt plurimi. Et hoc ipsum ius iniquum esse supra ostendi. Vbi sunt, inquam, ea opera plerique regum tyrannice, nec, quod sciam, quicquam Pharaonē superauit, nisi forte Romani, qui non modo filios Israel oppresserunt, sed Aegyptios quoque, nam Scilli pyramides extruere sunt coacti. Sed studiose hoc actum, ut res miraculi similis appareret.

Operum
duri exactio-
res.

Pharao o-
peribus af-
flicti.

Primo magnitudine ipsa, Pyramis fuit 80. iugera, ut refert Herodotus, Plinius, & Theodorus. Pyramis delirus Py-
asserunt trecenta & sexaginta hominum millia ad hoc opus
deputata fuisse, perfecti sexaginta annis viginti, ex saxis durissimis et
ternumque, permanens, dolatis tamen artificiosissime, licet dif-
ficile tractatu, & firmissime coagmentatis, quorum nullum
fuisse ait, minus triginta pedum, ex Arabicis montibus excisa,
& terra longo admodum itinere usque ad Nilum protracta, ibi-
que nauigis imposita, & ad montem Africum vecta: atque ibi-
dem in terra vndique arenosa exstructam. Vbi postea nulla neque
agris vestigia, neque casorum lapidum ramenta apparuerunt,
tandem ab ipsis Diis tanta moles congesta esset: in ea extru-
enda pecuniam pro apio, coepit & alio duntaxat expositam ad
mille & sexcenta talenta excessisse, quae efficiunt nonagies cen-
tena & sexaginta millia coronatorum. Herodotus literis Aegy-
ptiacis moli adscriptum esse tradit. In fundo tumuli esse, cui
moles hac tanta imposita sit, huic per fossam Nilum intro mis-
sum fuisse. Quartus à Cheope Rex Aegypti Aficis cupiens an-
tecessores rerum gestarum gloria antecellere, lateritiam con-
struxit Pyramidem, cuius lateri haec verba inscripta esse refertur
Herodotus. Ne me ceteris Pyramidibus compares, quae tantum
illis praeceles, quantum Iupiter ceteris Diis. Nam fundum, La-
cus Conto verberantes, quod Luti conto adhaerebat, id colli-
gentes, me composuerunt, & in talem mensuram redegerunt.

Insanabilem
delirus Py-
ramidum.

Opus
hyli-

Peasiles horti Babylonis, muri que immensa magnitudinis indico opere facti sunt, quamuis innummerabilis multitudo seruientium in id coacta sit. De Nabuchodonosore enim dicitur, quod victis non aperuerit carcerem. Ille autem Babylonem ita amplauit, & munivit, ut extructor eius cenferi posset. Fuit igitur olim prima pars tyrannidis premere operibus subiectos, & seruitorum instar laborum praestationes exigere. Atque in statua Nabuchodonosoriana Regnum Babylonicum est aureum, Persicum argenteum, Graecum aereum, Romanum ferreum. Non est inter Monarchias illa comparatio, ut Romanum tanto deterius sit Babylónico, quanto ferum est auro, nec illa quidem est distinctio inter Persicum & Babylonicum, quae inter aurum & argentum. Est enim decupla ut Pollux ex Menandro, & Ep. ad Commodum docet, vel duodecupla, ut Plato in Socrate, & ex 2. Reg. 24. & 1. Par. 21. vers. 24. & 25. probare conatur noster Villalpandus. At Babylonica Monarchia duodecim Graecis non potuit aequari. Praecipuum itaque fuit, in eo, quod in ratione regnandi, seu potestatis, maior, potentior, gloriosior, & quasi imperiosior esset Babylonica. Hoc autem in ea barbarie praecipue quaesitum est, non tam ut aurum colligerent, quam ut nationes seruientes habe-

Babylony-
rannice ex-
structa.

Argentum ad
aurum duo
decupla
proportio.

Leuiti-
operis
exigere

Olim magis
seruitia
quam aurum
exigebant.Dicitur et
perfectum
munitum
Babylonis.Opera Ba-
bylonis.

habent. Neque Nemrodus Babylonicæ turris au-
thor pecuniam quærebat, sed nominis gloriam, ex
tam celebri monumento, nec singulæ familiæ ad
domos, & vrbes condendas secedebant, sed ad infan-
tissimam illam substructionem animis intenti erant.
Hoc igitur vere regnare putabant, operas & corpora
subiecta habere. Hinc & Sesostris curus regum cer-
uicibus egit, nec aliter Romanus ille rusticulus im-
perator, malle se imperare diuitibus, quam diuitem esse.
Hinc Nabuchodonosor terras gentium desolatas
reddidit, & congregauit quasi arenam maris captiuita-
tem. Falsa quidem puto, quæ Berofus, Abydenus, ali-
j de operibus referunt, sed hyperbolas tamen illas
indicare maximas res ab illis effectas. Nabuchodo-
nosorem refert Berofus, nouam Babylonem, veteri
addidisse, tres intra, totidemque extra *περισσους* po-
uisse, ex latere, & bitumine, & addit: *πλήν ὕλης καὶ ὕ-
περβολῆς αὐτῆς ἐπεὶ οὐκ ἔστιν ὅτι ἐκείνους δε-
καπέντε*. Describit deinde hortos pensiles, in quibus
montes, & siluas, flumina que effecerat, in gratiam
uxoris, quæ nata ex Media patris collum simi-
litudinem in plantis Sennar concupierat. Ba-
bylonem aiunt in quadropositam, cuius singula la-
tera stadiorum 120. fuerint, id est, 15 milliari-
um Germanicorum. Latitudo murorum 15. cubitorum
regionum, altitudo ducentorum erat, superat au-
tem cubitis regius communem tribus digitis. Nunc
quidem omnes Europæ Reges vt hodierna sunt im-
peria, tantam urbem condere non possent, multo
minus tam celeri opere, nam opus fuit tricies cente-
nis millibus artificum, præter baiulos, fossore, aliof-
que, quos duplo plures esse oportuit, vt altitudo
tanta murorum, montium, deriuatio riuorum &
amni-um. Alii in metallicis occupantur; Romani
tamen in alijs, tum in venatione, illa scilicet periculosi-
sima leonum, tigridum, leopardorum.

Verum omnium tyrannorum sæuitiem exupera-
uit Tarquinius Priscus frustra inter bonos reges nu-
meratus. De eo Plin. l. 36. c. 15. Sed tunc senes aggeris va-
stus spatium, & substructiones infans Capitolii miraban-
tur: præterea cloacas, operum omnium dictu maximum,
fissos montibus, atque (vt paulo antea retulimus) vrbe pen-
sili, subterque nauigata. A. M. Agrippa in adilitate post
Consulatum, per meatus corruuati VII. annes, curaque præ-
cipiti torrentium modo aperire atque auferre omnia coacti, in-
super mole imbrum concitati, vada ac latera quatunt: ali-
quando Tiberis retro infusus recipiunt fluctus: pugnantque di-
uersi aquarum impetus intus: & tamen obuia firmitas re-
sistit. Trahuntur moles internatante, non succumbentibus
causis operis: pulsant ruina sponte præcipientes, aut impacta in-
cendunt: quantur solum terra motibus: durant tamen à Tar-
quinio Prisco annis D. CCC. prope inexpugnabiles: non omit-
tendo memorabili exemplo, velleo magis, quoniam celeberrimi
rerum conditoribus omisum est: cum id opus Tarquinius
Priscus plebis manibus faceret, esset que labor incertum longior
an periculosior, passim conscita nece. Quiritibus tadium fu-
gentibus, nouum & inexcogitatum antea, posteaque reme-
dium inuenit ille Rex, & omnium ita defunctorum sgeret
crucibus corpora spectanda ciuibz simul & feris volucribzq;
laceranda. Quamobrem pudor Ro. nominis proprius, qui sape
res perdit, seruauit præliis, tunc quoque subuenit, sed illo
tempore imposuit, tum erubescens cum puderet viuos, tan-
quam puditurum esset extinctos. Amplitudinē caueis eam se-
cissē proditor, vt vebem feni largē onustam transmitteret.
Nimis atrox, & iniusta tyrannis illa fuit, nulli princi-
pi imitanda.

Leuitas in
operibus
exigenda.

§. 3. Humaniter pieque princeps faciet, si vbi
iusta est pecuniæ exactio, eam in operas conuertat,
sed ea conditione, vt qui operas præstare nolunt,
certam precij summam pendant, quæ cedat labo-
rantibus; Lenissima illa ratio tributi, & in vrbi-
bus muniendis crebro usurpata. Diuitibus facile

est quædam soluere, pauperibus cum aliquo lucro
laborare. Quamuis Valens, & Valentinianus edixe-
runt, cauendum, ne quis hanc, quæ personalis est
functio, precio putet esse taxandam. c. 10. t. 47. Illud
conuenit præcaueri, ne quis hanc quæ personalis est functio,
pretio putet esse taxandam. Maximarum culmina digni-
tatum, consistoriani quoque comites, notarii etiam nostri
& cubicularii omnes, atque excubicularii ab omnibus for-
didis muneribus vindicentur, ceteros autem palatina, vel
militari intra placitum prærogatiua munitos, ita demum
privilegium simile contineat. Si prioribus statutis se ad huius-
modi exceptionem docuerint pertinere. vt non singulis indul-
ta personis, sed in communione dignitati vel corpori huius-
modi beneficia doceantur fuisse concessa, circa Rhetores atque
Grammaticos eruditionis viriisque vetusto more durante.

§. 4. Olim priuato sumptu multi opera publica
curabant, ideoque & nomen inscribebant. Nota est
hac in re magnificencia Periclis, & populi Athenien-
sis. Merito eum iura honorant, qui Rempublicam i-
psam cohonestat. Qui liberalitate, non necessitate debiti re-
ditus suos interim ad opera finienda concessit, munificencia sua
fructu de inscriptione nominis sui operibus si quæ fecerit, cape-
re inuidiam non prohibetur. Curatores operum cum redem-
ptoribus negotiū, Respub. autem cum his, quos efficiendo operi
præstituit. Quatenus ergo & q. s. cui obstrictus est, æstimatio
præsidii prouinciæ est. Nec eius nomine, cuius liberalitate opus
extructum est, eraso, aliorum nomina inscribantur, & pro-
pterea reuocentur similes ciuium in patrias liberalitates, præ-
ses prouinciæ auctoritatem suam interponat. Quodq; ma-
gis mirere cohibenda aliquando illa liberalitas fuit,
ita eodem loco. Opus nouum priuato, etiam sine princi-
pis auctoritate facere licet, præterquam si ad emulationem al-
terius ciuitatis pertineat, vel materia seditionis pbeat, vel cir-
cum theatrum, vel amphitheatrum sit. Publico vero sumpto opus
nouum sine principis auctoritate fieri non licere, constitutioni-
bus declaratur. Inscribi autem nomen operi publico alterius,
quam principis, aut eius, cuius pecunia id opus factum est, non
licet. Fuisse etiam in opera publica legatam pecuniam
ostendit ibidem lex, quæ mauult eam in tutelam eo-
rum quæ sunt, conuerti. Pecuniam, inquit, quæ in opera
noua legata est, potius in tutelam eorum operum, quæ sunt, cō-
ueri edam, quam ad inchoandum opus erogandā; Diuus Pius
rescripsit: scilicet, vt si satis operum ciuitas habeat, & nō facile ad
reficienda ea pecunia inueniatur. Si q. s. opus ab alio factū ad-
ornare marmoribus, vel alio modo ex voluntate populi factu-
rum se pollicitus sit, nominis proprii titulo scribendo, manenti-
bus priorum titulis, qui ea opera fecissent, id fieri debere sena-
tus censuit, q. si priuati in opera, quæ publica pecunia fiant, ali-
quam de suo adiecerint summam, ita titulo inscriptionis vt
eos debere isdem mandatis cauetur, vt quantam summā con-
tulerint in id opus scribant. Hanc publici emolumenti
rationem si princeps excitare posset, vt in turres, pō-
tes, arces, aliaque ædificanda, tutanda honoris ergo
priuati conferrent, magno sumptu Respublica leua-
retur; consequetur vero illud, si parcus in tributis
fuerit, ea suadendo tantum acceperit; Nunc magnæ
opes, in opera illa impenduntur, & opera plurimo-
rum exiguntur. Multo vehementius animaduerten-
dum, ne in venatione opera agricolarū vtatur; nam
seque & iumenta fatigant, à nobilibus agricolæ du-
riter tractantur, principem execrantur. Qui autem
potest principi placere recreatio, inter miserorum
gemitus, itatorum execrationes?

Olim per-
sonalis fun-
ctio non fa-
cile remit-
tebatur.Laudandi
qui priuato
sumptu
Rempubli-
cam iuuat.Opera no-
ua publica
sine princi-
pis volun-
tate ne fiat.Opera pu-
blica con-
seruanda.Nec vena-
tionibus
vexandi.

§. 5. Interim exemptio concedi non potest, nisi
bene merito, & dignitas non eximit, c. 8. t. 12. Adpor-
tus, aqueductus & murorum instauracionem sine extructio-
nem, oēs certatim facta operarum collatione instare debent,
neq; alius ab huiusmodi consortio dignitatis priuilegijs excu-
sari. Merito oēs qui bonis cōmunibus vtuntur, ad cō-
seruationem adiuuabunt. Hoc nunc agendum; nam
olim ex fandis Reip. curabantur vt Arcæ, & Honor.
A. A. sanxerunt c. 8. t. 12. Ne splendidissima. Milites ta-
men

men etiam finitis stipendijs eximuntur à Valent. Theodol. Arcadio. c. 10. t. 48. de excusat. item illustres personæ, sed tantum à sordidis muneribus. Item studiosi, maiores 55. annis, c. 10. t. 49. si cæcus pater, morbo auriculari, vel podagra conflitantes, t. 50. ibidem.

CAPUT IX.

*Honestà ad opes via, nec cuiquam molesta,
bona Oeconomia.*

Oeconomia
facilis ad
opes via.

§. 1. **R**Eges, omnesque Principes satis sunt diuites, si boni Oeconomi fuerint. Si parsimonia, sed regali videntur. Prudens dictum Chilonis apud Laertium l. 1. Non posse præesse Reipublica, qui non præsit suæ domui recte: Est enim domus maxime similis ciuitati quæ gubernatur. Sed grauis mihi hic paratus aduersarius Megalonymus Parophæus. Ille omnem Oeconomiam à generoso Principe remouet; Quid tu nummularium ex Rege facis, vt instar Eucleonis circumspicet? amicos omnes offendat? Illum ad granaria, ad cellam vinariam, ad cæpas, & allia æstimanda deduces? Sit libera mens Principis, ad maiora fastigia rerum. Bella, pacem, fœdera, iustitiam administret, esse multa quæ sibi pereant, gaudeat: humiliores sublimitate suâ curas in alios conijciat. Sit discrimen inter Principem, & eius Procuratorem.

Oeconomia
an sit con-
tra digni-
tatem re-
giam.

Princeps li-
beralis esto,
sed iudicio.

§. 2. Plus mali illa adulatio, quam cogitari possit, adfert Reipublicæ, & Principem euerit. Principem magni animi, & quod inde sequitur liberalem esse volo. Ad liberalitatem autem pertinet, non vt temere profundat; sed accipiat, à quibus oportet, loco, tempore, modo quo oportet, conferuet, expendat, donet secundum rectam rationem. Hæc principem facere posse, nisi accuratam Oeconomiam rationem habeat, dico neminem. Nam si negligens sit rerum suarum hæc incommoda oriuntur; 1. Vt ipsi ad incitas redacto, callidissimi furum nummos ad fœnus locent. 2. Deinde vt inscius ditet hostes, eosque infensissimos efficiat. Caue enim credas eos, qui tuâ focordiâ abusi, vario peculatu rem fecerunt, tibi vnquam bene precari, mortuum te vellent, quamdiu timent. Deinde priuatis laboribus principem non occupo. Sed ostendo animaduertendi necessitatem. Inter tot oculos petentium, manus rapientium, linguas mentientium, principem velut aureum pecus constituis, & præcipis eum ne scire à quibus expiletur. Nec audio cum dicis Oeconomiam viros bonos esse præponendos; Faciet enim eos focordia principis malos, magna lucra, maior impunitas, nihil moderabile suadent. Tercio Oeconomia principis facilis est, ea neglecta curas adauget, & quod indignum est principi, facit anxias. Qui enim affatim habet, vnde viuatur, alijsque tribuat, iucunde ætatem transigit, cui in dies crescit æs alienum mordacibus animum sollicitudinibus subdere cogitur. Equidem permulta sibi perire, si cognoscit, nec indolet, nec iubet melius expendi, vix hominis nomine dignus est. Si ignorat, quid acceperit, quid habeat, quid cuique datum sit, sed tantum nouit panem quem edit, & quem dat parasito depeculanti, non nisi titulo tenus princeps est, exteris risui, subditis oneri, minutis quæstui, & seruus est seruorum suorum, præda furum purpuratorum.

Princeps
ignarus re-
rum suarum
miser est.

In eodem opere diuersi effectus.

§. 3. Cum igitur viderim, nouerimque homines, qui eadem vt videtur, agentes, & eadem curâ, diuersissimo euentu res administrant suas, cæpi mecum, cur ita fieret, cogitare. Ad diuinam quidem bene-

dictionem rei familiaris augmenta, ad maledictionem detrimenta referre ex Scriptura didici; quia tamen ordinaria miracula non sunt, de medijs, & industriâ hominum tam contrarios effectus esse deprehendi. Caius & Titius Agriculturam, & pecuariam exercent; alter opes accumulatur, alteri retro semper res labitur. Duo negotiantur, huic res crescit, illi decrescit; Duo habent rerum agendarum instrumenta, alter ordine collocata statim depromit ad vsum, alter agendi tempus quærendo impendit. Nonnulli magno sumptu aedes extruunt, quæ inutiles sunt, quia ratio architecturæ neglecta est, alij minore expensâ domos ad omnes vius idoneas concinnant, in quibus nullus angulus est, non accommodatissim⁹. Causa igitur est, quia alij arte quadam, ordine, & methodo negotia tractant, alij temere, vt vt sub manum veniunt, omnia transigunt, Qui canere organis discunt, magno labore vix leuem harmoniam efficiunt, instrumenta ipsa, quæ concinnare nesciunt, facile corrumpunt, ita priuati patrimonium, principes prouinciam suam, dum Oeconomiam nesciunt, aut contemnunt, magnis detrimentis afficiunt.

Nosenda
oeconomia.

§. 4. Oeconomia quadruplex est, vt distinguit Arist. Oeconomicorum 2. Οικονομία τέσσαρες δὲ εἶσι δὲ ἐν τῷ ποτὶ διελθῶν τὰς γὰρ ἄλλας εἰς τὸ ἐμπιπτόντας εὐρησόμεναι βασιλική, σατραπικὴ, πολιτικὴ, ἰδιωτικὴ. τούτων δὲ μέγιστη μὲν ἡ βασιλική, ἡ σατραπικὴ, ποικιλοτάτη δὲ ἡ πολιτικὴ, ἡ ἰδιωτικὴ. ἡλαχίστη δὲ ἡ ποικιλοτάτη, ἡ ἰδιωτικὴ. ἐπὶ κοινῶν μὲν τὰ πολλὰ ἀλλήλους ἀναγκάων ἐσίν. ὅσα δὲ μέγιστα δὲ αὐτῶν ἐκείνοι συμβάλλει, τὰ ταῦτα ἐπισκεπτοὶ ἡμῖν ἐσίν.

Sunt autem formæ administrationis domesticæ, vt in formatione quadâ res distinguatur, quatuor: nam ceteras in istas incidere reperimus: Regia, satrapia, ciuili, priuata. Harum maxima & simplicissima est Regia. Varia autem præ ceteris ac facilissima, ciuili. At priuata, minima illa quidem est, sed & ipsa admodum varia. Atque esse multa inter has communia necesse est: quæ aut per se in singulis eueniunt, ea nobis sunt consideranda.

Quadruplex
oeconomia.

Regiam diuidit in nummariam, Εξαργῶν & Εισαργῶν, & ἀναλόμωτα. de illis quæ importantur, & exportantur capite de tributis actum est, de sumptibus iam dicetur. Quod si regium est, denarijs, & aureis modum statuere, si omnibus rebus & re culis tributa imponere, si fraudare eum non potest, vel fixi ciceris emptor, si scrutatur vili vendentem scruta popello, cur contra dignitatem fuerit, sic comparata tueri: rationem exigere: scire quò perueniant? Impositores igitur se produnt, qui regibus omnes sinus, omnia prædâdi vocabula suggerunt, centesimas, quinquagesimas, quadagesimas, vicesimas, decimas, quintas, columniaria, hostiaria, Chrysargyron, fumarias, cumque tot curis collecta ista fuerint, regem attendere verant, indignum esse dicentes paruis rebus adesse Ionem; quasi vero dignum sit Ionem paruis rebus ostiarum, & manipulatim corradendis adesse, ex omnibus cumeris suâ granaria, ex omnibus zonis gazophylacia sua stipare, deinde ne Gryphis illis qui sunt ἀρπακτικώτεροι γαλῶν, furaciores felibus, desit occasio harpagandi, oculos claudere. Quid vero Aristoteles nonne discrete ponit τὰ ἀναλόμωτα, impendia, & sumptus. Hi, nisi fallor, principem suum magnanimitatis specie eo ducent, vt cum ratione insaniant; nam stultissimo eum labore consumunt, vt nempe omnes neruos ad colligendum intendat, collecta non seruet, quod perinde est ac si in dolium pertusum labore improbo aquas infundat; quodque Danaidum apud inferos supplicium esse finere poetæ, hoc illi dignitatem interpretantur; ne quicquam dubitare possit; hoc eos velle; vt princeps suo periculo, labore, odio emungat pecunia subiectos, quas ipsi deinde nescio principe in sua compendia vertant.

Parasiti
Regem vo-
lunt in con-
gregando
esse diligen-
tem, in cu-
stodiendo
negligentem.